

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116**

Italia - Ettenheim-Münster 114

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Annotation (hs.)

[urn:nbn:de:bsz:31-111162](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111162)

113 50 Civitas Castellana | Castellana, seu Citta Cas-  
tellana ad Septentrionem Italiae sita ultra 20. miliaria  
versus Aquilonem à Roma. Quidam ajunt eam esse  
sitam esse ubi olim Frasennia seu Frasennium fuit.  
Habet Episcopatum Hostans conjunctum, quod Hyria  
memoravimus. Non procul ab hac urbe occurrit  
magna Silva, qua ad pedem usque Montis Smaectis,  
qui nunc Mons S. Silvestri nuncupatur, se profert.  
Anthracis omnino periculosum erat per eam iter age-  
re.

urbis Episcopus ab aetate Innocentii Papae III. Semper fuit  
unus ex illis Septem Episcopis, qui simul Cardinales fue-  
runt; verum Eugenius III. illos ad se reducit, et ab  
eo tempore Episcopi Hostani desierunt esse Cardinales.  
113 50 Nepes | Nepetum et Nepeta | Nepes | ultra Sedes Epis-  
copi ad Triliam | Triglia | Romam inter et Viterbium  
posita 24. miliaribus ad Septentrionem à Roma. Anti-  
qua est, illiusque meminit Plinius, à quo Neps voca-  
tur, Strabo, qui eam Nepesam nuncupat, Epitoma  
Dionysii, à quo Nepesus dicitur item Nepetes,  
et Nepes. In veteribus Itinerariis Nepes, Nepeta,  
Nepita, Nepeta vocatur. At Volaterranus assertit om-  
nia illius nomina proter Nepes falsa esse et corrupta,  
quod nomen etiam apud Livium hinc inde, ut et  
apud Plinios, et in veteribus Inscriptionibus le-  
gitur. Illius Imola Nepesini dicitur. Fuit una  
ex 12. novis Romanorum Colonis, prout memorant  
Frontinus et Valerius Catullus. Valerius idem,  
postquam adversus Romanos rebellet, semis hinc  
egit. Olim potentissima fuit et populosissima,  
nunc autem ita exilis est, ut vix 500. aedes in ea nu-  
merentur. Ipsa unacum territorio suo, et  
Quatuor Camerino ad Farnesios pertinebat, atque  
à Petro Ludovico Farnesio Summo Sedi cessa fuit,  
pro quibus à Papae III. patre ipsius et familia  
Farnesiorum Capite Quatuor Parmensem et Placen-  
tinum obtinuit.

Episcopatum Nepesinum quod attinet, ipse jam pri-  
mis Christianismi temporibus initium habuit, et à S. Ro-  
mano primus illius à S. Petro institutus Antistes fuit;  
Illius autem successorum penè usque ad Constantini  
Magni tempora nulla aetate memoria, quod hinc U-  
bi Dominati sunt Divi Religionis Christianae hostes qui  
illam suppressere totis conati sunt viribus. Hinc  
Episcopatum postmodum junctum fuit Sutrinum.  
Ecclesiam Cathedralam B. V. Mariae dictam adminis-  
trant 14. Canonici, Archidiaconus, et Penitentiaris  
qui simul praesent, quae ibidem est, Bibliotheca  
praesent. Proter 3. Parochiales Ecclesias hinc etiam  
numerantur 3. Virorum et 2. Monialium Conobia,  
tres Laicae Confraternitates, Kenobium et Mons  
pietatis.